



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 15. Sessio IX. Concilii Lateranensis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

tento, ejusque promissis exiguam fidem adhibebat, hinc quæ sibi proponebantur, auribus quidem excepit, sed vicissim alia proposuit, nunquam tamen hac in re quid facturum esset, decidit; interea vero nec labori nec sumptibus pepercit, ut Helvetios ad suas partes pertraheret, illos vehementer adhortatus, ut in suscepto Maximilianum Sfortiam in Mediolanensis Ducatus possessione tuendi proposito firmi persisterent.

Sæcul. XVI.

A. C. 1514.

§. XV.

Sessio IX. Concilii Lateranensis.

Die quinta Maji celebrata est Synodi

Lateranensis Sessio ordine nona, cui æque ac priori ipse summus Pontifex præfuit, comitantibus eum cunctis Cardinalibus, ac Præsulum quam plurimis. Sacro minus solemniter de Spiritu Sancto per Dyrrachinum Archiepiscopum peracto, Antonius Puccius Cameræ Apostolicæ Clericus sermonem habuit; deum recitatis litanis, aliisque precibus consuetis Cardinalis Arragonius ex capite 14. S. Joannis Evangelium decantavit, quod incipit: *Si diligitis me &c.* Eo finito Lusitanæ Regis Oratores dato pedum osculo summo Pontifici mandatum Regis sui offerebant, de facultate sibi tradita Synodo assistendi eundem certiore

Labbe Cont.

l. 14. p. 203.

208.

Raynald. ad

ann. 1514.

n. 3.

Ofor. l. 9.

Marian. l. 30

n. 110.

B 4

redde-

Sæcul. XVI. reddentes. Datæ sunt hæ literæ, quas
A.C. 1514. Phædra alta voce perlegit, Ulyssipone die
 vigesima prima Octobris Anno Domini
 millesimo quingentesimo duodecimo.
 Posthæc Marius de Peruschis literas seu
instrumentum recitavit, quo ex Pisano Conci-
 lio Franciæ Prælati, qui eidem Concilio
 adhæserant, suam a Lateranensi Synodo
 absentiam excusabant, *Venimus*, inque-
 rant illi, *usque ad montes Romam ituri,*
quia vero non potuimus obtinere saluum con-
ductum ab Imperatore, & Mediolanensium
Duce, Alpes trans Delphinatum superare
ausi non sumus, demum supplices roga-
 bant, ut a censuris, quas incurrisset, sol-
 verentur, polliciti, se Pisanae Congrega-
 tioni renunciaturos, ac in omnibus Late-
 ranensi Concilio adhæsurus. Dabant
 has literas die decima septima Martii,
 suaque illis nomina apponebant Cabilo-
 nensis, Lexoviensis, Ambianensis, Engo-
 lismensis, & Laudunensis Episcopi. Con-
 fecerat autem præfatum *instrumentum*
 Guilielmus Costa Prior Commendatarius
 de Valleloysia Ebrodunensis Diocesis,
 & Canonicus Ecclesiæ Collegiatae S. Sal-
 vatoris Montispeffulani, ex Diocesi Ma-
 galonensi. Ut vero Franciæ Prælati suas
 excusationes firmis inniti rationibus, se-
 que dudum corde & ore Pisano conven-
 tui nuncium misisse testarentur, declara-
 runt, se in quodam cœnobio Taurinensis
 Dioce-

Diocesis jam a decima septima Martii Sæcul. XVI.
 per duos ferme menses moram traxisse, A.C. 1514.
 ac publicæ securitatis literas præstolatos
 fuisse, eas vero obtinendi nulla spe facta,
 coram præfati Conventus Superioribus
 publicum erexisse instrumentum, quo
 apertius constaret non modo de debita
 eorum diligentia, qua Sanctitatis suæ
 mandatis obtemperare parati essent, sed
 præcipue de sincera voluntate, qua per
 idem instrumentum jam tum Pisanæ Con-
 gregationi renunciaissent, ac Lateranensi
 Synodo adhæsissent, prout & nuncillam
 detestari, huic vero adhærere vellent.

§. XVI.

*Absolutio absentibus Franciæ Præ-
 latis a Pontifice con-
 cessa.*

Equidem Hieronymus Moronus Me- Colled. Conc.
 diolanensem Ducem, cuius Orator e- t. 14. p. 201.
 rat, ob denegatas securitatis literas culpa Et seqq.
 liberare satagebat: cum vero ejus ra- Raynald. hoc
 tiones, quantumvis validæ, semper ta- ann. n. 4. 5. 8.
 men Præfulum adventum præpedivissent, 47. 18. Et seqq.
 horum excusationes a Synodo admitte- Bemb. l. 6.
 bantur, eosque Papa a censuris, si quas ep. 20.
 incurrissent, absolvit, imposito rursus Paris de
 præcepto, ut Concilio adessent, severissi- Grass. t. 4.
 me etiam prohibens, ne quis illos in suo p. 47.
 itinere Romam versus quovis pacto im-
 pedi-